Czyrzykowicz Andr. Augustini: Quaestio theologica de prophetia.

✠

In Nomine Domini, Amen.

QVÆSTIO THEOLOGICA, DE PROPHETIA,

Ex Secunda Secundæ D. THOMÆ Aquinatis, Doctoris Angelici, Quæst. 171.

A

M. ANDREA AUGUSTINO CZYRZYCKOWICZ,

Collega Majore, S. Theologiæ Professore, Ecclesiarum Collegiatarum, Sancti FLORIANI ad Cracoviam CANONICO, Neosandecensis Primicerio, Contubernij Staringeliani PROVISORE:

IN

Lectorio DD. Theologorum.

Publicæ Disputationi

PROPOSITA.

Anno Domini 1698. *Mense Martio. Die* 20 *Horâ* 14.

CRACOVIÆ, TYPIS VNIVERSITATIS.

QVÆSTIO THEOLOGICA, DE PROPHETIA.

UTrùm Prophetia dicens cognitionem rerum ab humana notitia Remotarum acceptam, nec naturalitèr possibilis? nec videns Essentiam Dei: rectè dividatur in Prophetiam Prædestinationis, Præscientiæ, & Comminationis, nec ne?

CONCLUSIO I.

PRophetia primò, & principalitèr consistit in cognitione.

COROLLARIA.

I. Prophetia secundariò consistit in Locutione.

II. Ad Prophetiam pertinet, tertiò operatio Miraculorum, quasi Confirmatio quædam Propheticæ Annunciationis.

III. Prophetia propriè loquendo, non est Habitus.

IV. Prophetia communitèr accepta, est non solùm de futuris Contingentibus, sed etiam de omnibus, procul existentibus.

V. Prophetiæ non potest, subesse falsum.

CONCLUSIO II.

PRophetia simplicitèr dicta, non potest esse Naturalis, sed est solùm ex Revelatione Divina.

COROLLARIA.

I. Prophetia secundum Quid potest esse à Natura.

II. Prophetica Reuelatio fit, per Angelos.

III. Prophetia potest esse, sine bonitate morum, quantùm ad Radicem.

IV.

IV. *Malitia morum secundum Actiones exteriores, & Passiones, animæ, impedit Prophetiam.*

V. *Doctrina quâ Dæmones suos Prophetas instruunt, aliqua vera continet.*

CONCLUSIO III.

PRophetæ non vident Essentiam ipsam DEI, sed per similitudines rerum Divino lumine illustratas, in quibus vident ea, quæ prædicant & habent rationem speculi.

COROLLARIA.

I. *Visio Prophetica, quæ fit per hoc cum mens Prophetæ illustratur lumine Intelligibili, vel per hoc, cùm formatur Intelligibilibus speciebus, non fit cum alienatione à sensibus.*

II. *Quando fit Reuelatio Prophetica, secundùm formas Imaginarias necesse est fieri Abstractionem à sensibus perfectè, vel imperfectè.*

III, *Alienatio à sensibus, non fit in Prophetis, cum aliqua inordinatione naturæ, sed per aliquam Ordinatam Causam.*

IV. *Qui non sunt veri Prophetæ, non cognoscunt ea, quæ prophetant.*

V. *Spiritus Sanctus vtitur Prophetis, vt deficientibus Instrumentis, respectu Principalis Agentis.*

CONCLUSIO IV.

PRophetia dividitur in Prophetiam Prædestinationis, Præscientiæ, & Comminationis.

COROLLARIA.

I. *Moyses fuit simplicitèr Maior in Prophetia, omnibus aliis Prophetis veteris Testamenti.*

II. *In Beatis non est aliquis gradus Prophetiæ.*

III. *Gradus Prophetiæ secundùm Quam instruimur in fide Deitatis, creuerunt per Temporum Processiones.*

IV. *Prophetia secundùm Quid ordinatur ad fidem Incarnationis Christi, creuit tamen per Temporis Processum.*

V. Prophetica Reuelatio quantùm ad Directionem Humanorum Actuum, diverſificata eſt, non ſecundùm Temporis Proceſſum, ſed ſecundùm Conditionem negotiorum.

Ad
Majorem Dei Gloriam
hoc totum Opus cedat.



Sub Feliciſſimis Auſpicijs,
Magnifici, Perilluſtris, & Admodùm Reverendi Domini,
D. M. CHRISTOPHORI
SOWINSKI,
Sácræ Theologiæ Doctoris & Profeſſoris,
Collegæ Majoris, Eccleſiarum Collegiatarum,
SS. Omnium PRÆPOSITI, ad S. FLORIANUM
DECANI, CANCELLARII Poſnanienſis, CUSTODIS
Pilecenſis, CURATI Proſovicenſis, S. R. M. SECRETARII, Contubernij Philoſophorum PROVISORIS,
Studij Almæ Vniverſitatis Cracovienſis,
GENERALIS, ac VIGILANTISSIMI
RECTORIS.

~~Cygrzyczkowicz Andr. Aug.~~

~~Quaest. theol. de prophetia~~